



Catalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

Liber Secundus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](#)

Liber

presidis minas ut blandicias derideret: iussit eum colaphis cedi: deinde ipsum nodosis fistibus in do: so flagellari: et post hec eundem volutatum supra ventrem similiter acris verberribus affligi: et dum hec omnia superaserit fecit eum preses i craticula alligari: et ignem subterponi. Sed dum sanctus gregorius orasset: ter remotus magnus factus est: qui tota concussit ciuitatem: et cecidit pars urbis que submerita dicitur: et oppressit. cccl. paganozum: ignis quo extinctus est: et sanctus ille sus permanit. Flacus vero et tyrcanus territi fugerunt. Sedato vero terremotus fecit eum flaccus ferro vincitum in carcere trudis: ubi angelo sibi apparente confortatus est. Sequenti die educitur de carcere ius su presidis immolare contempsens cardis ferreis in genibus ceditur: deinde lampadibz circa latera insinuat. Et cum ad omnia immobilitis redderetur: mandauit flaccus tyrcano ut eum duceretur: ad decollandum ad amphitheatrum. Quem tyrcanus i mediu Amphitheatri duxit: ubi sancto orante angelus domini eidem apparuit: et ipsum ad celestia iunxit: quem aquilinus spatarius decollauit. Et de mandato tyrcani dimisso sunt fere plurime: ut corpus denarent: que corpus intactum custodientes adorabant. Flaccus vero eadem hora vemens interiora expirauit. Sed quedam matrona xpiana nomine abundantia. xxxv. aureis corpus martyris a tyrcano redemit: quod aromatibus conditum iuxta muros ciuitatis ad pontem lapideum et riuum qui sanguinarius dicitur: sepeluit. Pasus est autem die. ix. kalen. januarii.

De sanctis quadraginta virginibus
et martyribus. *Lap. lxxix.*

Vadragita sancte
virgines apud antiochiam syrie
martyrim passae sunt. Que sub
persecutione deciana p diuersa
tormenta et supplicia laniate
passionis coronam a domino per
cipere meruerunt. ix. kalendas januarii. Nec
in martyrologio adonis.

Explicit liber primus.

Secundus.

Incepit prologus libri secundi.



Secundus li-

ber presentis catalogi continet scd: quo rii festivitates occurserunt infra tempus in quo ecclesia representatur ipsius christi et ecclesie mutui consensus obligationem et matrimoniale contra tractionem: quod fuit ab incarnatione verbi usq ad baptismum domini. Et hoc tempus ecclesia designat a nativitate saluatoris usq ad septuagesimam: quando videlicet incarnationis et nativitatis dominice festum: necon acutus infantie: ut est circumcisio: magorum adoratio: purificatio: et in egyptum fugatio recoluntur. **T**unc autem tempus in tres partes subdivisum est. **P**rimo enim agitur de coniugio inter deum et populum iudeorum con tracto: pro quorum salute principaliter filius dei venit in mundum. dicens Matthaei. xv. Non sum missus nisi ad oves que perierunt domus israel. Et hoc tempus ecclesia representat a nativitate domini usq ad epiphanciam. In quo tempore ipse per humanitatem mundo editus mortis pastorisbus iudeorum per angelos nunciatur: et ab eis sibi notissimis non in iudea de visitat. **S**ecundo agitur de eodem commercio: inter ipsum verbum et gentium populum confirmatio: a festo epiphanciam usq ad eius octauam inclusum. In quo tempore dei filii magis qui erat primitie gentium stella apparente reuelatur: et ab eisdem viri verus deus cum oblatione munificum adoratur. **T**ertio agitur de viro grege in unum oscile per ipsum matrimonium copulato: ab octaua epiphanciam usq ad septuagesimam: in quo tempore epistole pauli leguntur: in quibus apostolus christum pro salute iudeorum et gentium aduenisse probat: et virtus populus saluasse commemorat: et potissimum in epistola ad romanos. Ad hunc igitur temporis festa tractanda procedendum est.

Finis prologi.

Incipit liber secūdus a natinitate do-
mini usq; ad septuagesimam.

¶ De nativitate dñi nostri iesu xp̄i.

Capitulum. i.

Nostri iesu christi b̄m carnem cō-
pletis ab adam annis. v. mille
ccxix. vt Eusebius in chronicis
suis ponit facta est tempore oca-
sionis augusti p̄imi. Venerante autem filio dei in
carnē tanta pace totus mūndus gaudebat: vt vni-
uerso orbi vnicus romanorum imperator paci-
fice presideret. Quia enim nascebatur qui pacē
peccoris et eternitatis tribueret. Volut erat ut
ortum suum per tempora illustraret. Cesar igitur augustus vni-
uerso orbi presidens scire voluit quot prouincie: quot ciuitates:
quot castra: quot ville: quot homines in toto orbe forent: et. c. l. i.
anno imperii sui iussit orbem vniuersum describi. Nam ut in hi-
storia scholastica dicitur: omnes homines ad urbem: unde trahe-
bant originem pergebant: et quilibet denariū offerens se romano
subditū imperio p̄ferebat. Et dicebatur p̄fessio: qz ore p̄prio
fatebas. et descripicio: qz eoz nosa scriebabant. Hec descripicio pri-
ma facta est a preside syrie cyrino: qz em iudea in medio terre ha-
bitabiliſſiſſe dicitur: p̄fissum est vi in ea inchoare: et deinde per circū-
stātes regiones prosequereſſet. Ioseph autem de genere dauid a nazā
reth in bethleem profectus est cum Maria desponsata sibi vpo
pregnante: potissime quia instante eius tempore partendi: the-
saurum sibi a deo commissum noluit alius commendare. ¶ Cum
ergo bethleem appropinquaret: vt legitur in libro de infantia sal-
uatoris: vidit virgo partem populi gaudentem: et partem gemen-
tem. Quod sibi angelus exponens ait partem gaudentē esse gen-
tilem populum: qui in semine abrahe eternam benedictionē erat
accepturus: gementē hōe esse plebem iudaicā: a deo suis deme-
ritis repobaram. Et dum ambo Bethleem aduenissent propter
viatorum multitudinem hospitijs occupatis stererunt eadem no-
cre in diversorio quod erat in comuni transitu inter duas domos
habens experimentum: ubi clues in diebus och coueniebant: ubi
et p̄septum cum feno erat: ad quod animalia in diebus fori al-
ligabantur: In ipsa media nocte beata virgo filium suum. viii.
kalendas Ianuarii peperit: et cum panniculis inuolutum super
fēnū in p̄septo collocauit. Quod fēnū beata helena postmodū
rome traxit. ¶ Circa xp̄i nativitatē tria sunt cōsiderāda: scz no-
ritas admirabilis: veritas infallibilis: et utilitas inextimabilis.
¶ Nuitas admirabilis attēdit ex p̄e facit: qz de homo factus



Liber

est. Nam ut dicit Bernardus in eadem persona eternum antiquum et nouum mirabiliter connentur: eternum scilicet diuinitas: antiquum scilicet aia de novo creata. Quod autem dei verbū idē permanens incarnatus fuerit: et si humana ratione transcendat: tamen aliquali exēplo potest ostendī. Eōstāt enim op̄bum quod ē in mēte hōis adeo occultū: quod neq; vides: neq; audiri: neq; tāgi: vel tractari potest. Tamen litteris scribatur nullatenus in sui substantia cōmutatum sit legibile: et per cōfēques visibile et audibile. Insuper est manus cōtrectabile: immo et quantum ad litteras formā destrucibile redditur. Similiter verbū dei quod in mente diuina eternaliter genitū est: incomparabile permanens: quod erat spirituale et inuisibile per carnem assumptā visibile et cōtracibile: immo et quantum ad humanitatem passibile factum est. Secundo attenditur ex parte modi: quod natus est de virginē et sine dolore atque pollutione matris et salua eius semper integritate. Hoc autem fuisse quinq; rationibus probatur. Primo per prophetā Esaiam. Ecce virgo cōcipiet et pariet filium. Secundo per figurā: hoc cōmūnū figuratum est per virginē aaron: quod floruit: et per portam ezechielis que clausa permanuit. Tertio per custodiā. Joseph enim eo quod eam custodiuit testis sue virginitatis fuit: ut dicte Augustinus. Quartus per experientiam. Nam habebat in libro de infantiā. Joseph ad virginis puerū ut mox seruaret patrū: duas obstrictrices aduocauit: scilicet zebel et Salome. zebel agit parientē considerans exclamauit virginem peperisse: eo quod nulla signa corruptionis videret. Salome autem dum incredula probare vellit: cum manus apposuit: confessim manus eius aruit. Influstramen angelī sibi apparentis puerum penitus tergit: et continuo sanitatem recepit. Quinto per rationē evidētiā. Nam ut dicit anselmus quattuor modis potest deus producere hominem: scilicet sine homine: et sine feminā: sicut fecit adam. De homine sine feminā: sicut fecit eam. De homine et feminā: sicut communis probat yesus. Restabat igitur quartus modus de feminā videlicet sine homine: sicut in christo mirabiliter factum est. Alioquin diuīsio modi producendi in deo apparuisset imperfēcta. Tertio attenditur talis nouitas ex parte temporis. Nam in temporis nouitate filius dei natus est. Et quantū ad annum: quod in anno pacis uniuersalis in toto mundo vigentis: et dictum est: et in anno descriptionis orbis: ut per hoc daretur intelligi quod veniebat in carne: qui electos suos ascriberet in eternitatē: ut dicit gregorius. Et quantū ad mensim: quod in mensimo in signo quo dies punctaliter incipiunt crescere: ut ex hoc prefiguraretur quod iohannes baptista dixit. Illum oportet crescere: me autem minui. Debet enim humana vita in se deficere.

Secundus

re: In christo proficeret. Et quartum ad olī: quia in die dominica: que fuit prima dies scilicet in qua lux corporalis a deo principiū creaturarū producta est. Sic et die isto: qui est post seculū renouatus ille qui est lux mundi vera: et primogenitū ac principiū creature dei: corporaliter natus est. Et quantū ad horā: quia in media nocte: ut scilicet medio tenebrarū tempore lux nova adueniens mundi tenebras illuminaret. Quarto attenditur ex parte loci: quia natus est in bethleem: quod interpres domus panis. Ipse namquid est: qui de ipso dicit Job. vi. Ego sum panis viuus qui de celo descendī tecum. Veritas autem infallibilis nativitatis dñe: per quam ipsa nativitas comprobatur: ostendit per oēs creaturas. Et primo per creaturā que habet purū esse quod sunt elementa et lapides. Primo enim declaratur est per celum in parte orientali: nam in ipa die natiuitatis: ut habeat in chronicis. Tres soles in oriente in celo apparuerunt: qui paulatim in unū corpus solare redacti sunt. Per quod inuenies quod unius et trinitatis dei notitia mundo ostendebat. Ites in parte occidentali. Nam ut ponit Orosius. Tū romanī octauanū pro deo ad orare vellē: eo quod omnia sibi ad votū succedere consiperent: ille triuianam inducū pergit sibyllā prophetissam aduocauit: eamque superinde consuluit. Eius die natalis dñi in camera cesaris oranti: media die circulus aureus apparuit circa sole: et in medio virgo puerū baiulans et litteris aureis inscriptum. Hec est arā filii dei videntis. Tunc sibylla octauianam aduocauit: visionem ei ostendit: et puerum illum ipsa die natum dixit: quem augusto maiorem esse afferuit: quem imperator: adorans eidem sacrificauit: in quo loco nūc edificata est ecclesia que dicit sancta maria ara celi. Secundo ostendit per elementū ignis: quod ea nocte per torum orbēs cūctos sodomitū vitiū laborantes extinxit: ut dicit Hieronymus in glossa supra illo verbo Esaiæ. ix. Lux ora est eius. Tertio per elementū aeris. Navi dicit Chrysostomus. Ea nocte magi super victoriam montem orantibus stella in aere de novo producta: et coruscans apparuit: que eis natum dñm nuntiavit: ut tractabat in festo epiphanie. Quarato per elementū aquae: ut etiam testaf Innocentius tertius. Fons aque: qui de taberna emeritoria ubi nūc est ecclesia sancte marie trans tyberim rome consergebat in liquore olei versus: tota die natiuitatis scilicet in tyberim pluxit. Quinto per elementum terre. Sribit namque damascenus super illo verbo ps. Non sicut dies illuminabitur: quod istud nocte natiuitatis dñe adimplētum fuit: quod non in hora natiuitatis eiusdem: videlicet nocte media in claritatē dei conuersa est: et quia ipsa lux ad patres: qui erāt in limbo descendere non poterat: terra se in plurib; locis aperuit: et per eis rimas lux ad patres usque descendit: et tunc adimplēta est prophetia Esaiæ. ix.

De sanctis in mense decembris occurrentibus. Fo. xvij.

Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam, que in missa noctis ipsius legi prout ad litteram contigisse dicit. **S**exto per creaturam compositionemque habet purum esse: ut sunt lapides et metallum. Nam dicit innocentius romani templum pacis tempore romuli construerunt et statua posuerunt: et potentes a deo quantum durare debent: audierunt: donec virgo partatur: quod impossibile arbitrantur: templum eternum putauerunt: ideo et in foibus scripserunt. **T**eplum pacis eternum. Hoc autem in nocte dominice nativitatis cum idolis corrutum. Legitur etiam prophetia iheremia propterea in egyptum descendens post mortem godolii: signum regibus egypti dedit: Quorum idola corruperunt cum virgo filium parere. Unde sacerdotes idolorum imaginem virginis filium balsulantem in sacro loco templi statuerunt: que prophetia in nocte nativitatis dominice adimplita est. **S**eptimo offensa est per creaturam: que habet esse et vivere: ut sunt plantae. In hac enim nocte: ut scribit frater bartholomeus. Vinee engaddi preter consuetum tempus que s. proferunt balsamum frondes florae et fructus protulerunt. **E**xperimento probauit quod si pulegium collectum sit in festo nativitatis beati iohannis baptiste in aurora die: et ex eo factus manipulus ferner usque ad dies dominice nativitatis expicabitur sicut natura depositit: Quod si manipulus in nocte nativitatis ponat in altare: in qua prima missa est decantrada; missa et media nocte cetera in hora nativitatis dominice pulegium aridum reuircit. **O**ctavo per creaturam que habet esse vivere et sentire: ut sunt animalia: ut enim scribit in libro infantie Joseph cum maria pfectissens bethleem duxit bouem: de cuius preci venditi viueret: et asino ut pregnantem comedimus portaret. Natum vero christum ipsa duo animalia cognoscentes eundem flexibus genibus adoraverunt: ut implerent illud Esiae propositum. Sognouit hos possessorem suum: et asinus prescepsit dominum suum. **D**odico etiam tempore ante nativitatem Christi: ut ponit eusebius: boves arates bubulco disterunt: hoeres defecient et segeres proficient. **N**ono offensa est per creaturam: quod haber esse vivere sentire et intelligere: ut sunt angeloi hoeres et demones. Nam ut dicit lucas. Dux pastores circa turram greges horam nativitatis dominice super gregem suum vigilarent: ut de more antiquorum pastorum fuit: in verroc solstitio estivali. scilicet hyemal facere: angelus domini illis enim nimia claritate apparuit: et sed natum salvatores nuncloavit: et ut ad eum visitandum pergerent admonivit: et subito facta est cum angelo militudo milie celestis laudantibus et dicentibus. Gloria in altissimis deo tecum. **I**te ostensa est per hoeres fideles et fidèles: nam fideles pastores summo disluculo ad verbum natum videndum festinavunt: et quod dicta erat illis: vera cognoverunt: et mirati resdecentes eiusdem nativitatis testes fuerunt. **I**te et prophete odes veteris testamenti: quibus nam
tuitatis nuncius et precones extiterunt: ipsamque futuram infallibiliter verissimum oraculis predicti ferunt: que per singula narrare non est opus. **T**rem cognita et manifesta fuit etiam per infideles. De hac nativitate halala artolus prophetauit numeri. xxvij. **O**racle stella et iacob tecum. **I**te virginitas in buccolicis. **M**agnus ab integro seclorum nascitur ordo. Jam redit et virgo redempta saturnia regna. Et noua progenies celo dimittit altorum. **I**trez sibylla erythrea que fuit tempore trojanorum inter certera ait. In nouissima autem tempibus humilitatis denuo et humanaabitur proles diuina: facebit in seno agnus: et officio puellarum educabis deus et homo tecum. **I**te scribitur in commento boetii de disciplina scholastica super illo verbo: platonis probata diuinitas: quod in tumba platonis reperta est lamina aurea: in qua scriptum erat. **C**redo in filium dei natum de virginis passum pro humano genere et die tercia surrexit. **T**rem manifestata est per demones. Refert thymotheus historiographus: se in antiquis romanorum chronicis inuenisse quod oculanum. **Xxxv.** anno imperii sui capitolii ascendit: et quis post se rem publicam gubernaret a deo quesuit. Et responsum est sibi quod puer hebreus ex deo vincere ante secula gentium: non multum post ex intacta virginem nascitus erat. **T**ertius autem inestimabilis est nobis collata per christinam nativitatem. Primum quartum ad demonis confusione. Nam antiquus hostis nobis: ut ante: prenalere non potest. vii legis quod hugo clunianus. in vigilia nativitatis dominicae vidit beatam virginem filium in vlnis gestantem: et de festo nativitatis filii congaudentem: atque inimico nostro: qui ante hunc diem hominibus preualebat: insultantem. Ad quam vocem diabolus de humo eruptus et verba domine exprobare cepit. Sed mentira est iniquitates sibi: quia ab oratorio fratrum deuotio: a refectorio lectio: a dormitorio stramentum vnde: a capitulo patientia ipsum eiecit. **S**ecundo ad venie impetrationem. unde cum meretricta lasciva devenia desperarer: que ad penitentiam redire solebat: cogitans de iudicio repurabat se ream: de inferno se dignam: de patrido se immundam: de passione ingratam. **L**ogitans autem quod pueri de facilis placantur: puerum solum per eius infantiam adiurauit: et ante christum defensu vocem de sua ventre audire meruit. **T**ertio ad morbi curationem. Nam ut dicit Bernardinus tritici morbo laborabat genus humanum. Nativitas erat immunda: vita pueris mos piculosa: venit Christus: cuius nativitas nostram purgavit: cuius vita nostra instruxit: cuius mors nostra destruxit. **Q**uarto ad superbia humilitationem. Nam superbia primi hominis fuit contra deum: quia eius preceptum contempserat usque ad deum: quia usque ad appetitum dominitatis se erexit: supra deum volendo: quod deus noluit. At filius deus: ut dicit damascenus: hu-

c

Liber

missauit se propter homines: q; venit propter eorum salutem: vsg ad homines propter nascendi modum consimile: et supra homines propter nativitatis modum singularē. Hec damascenus.

De sancta Anastasia martyre et socijs.

Lap. q.



Anastasia nobilissima romani filia preterati illustris et gentilis a matre sua fausta christiana et a sancto chrysogono in fide christi erudita est: que tempore diocletiani martyrum passa est. Nam tradita publico pagano in coniugem: languores simulans se semper ab eius consilio abstinebat. Sed vir audiens eam cum una ancilla christiana carceratis necessaria ministrare: eam in artissima custodia reclusit: ita ut etiam alimoniam denegaret. Que vincere sancto chrysogono amarissimas epistolae destinabat: file ho cōsolatorias remitterebat. Inter hec vir eius moritur et sanca a carceribus liberatur. Hec habebat trii ancillas sorores et virginēs. s. agapē. thymoniam. et hyrenā. Quas viris prefecetus dulcius ut christianas renuit: et eas nolentes consentire sibi nec deo sacrificare martyrum pati fecit: ut habebitur. lli. noī. aprilis. Post quam passionē anastasiā de consensu diocletiani comprehendēdit: ut si eam sacrificare faceret in coniugio haberet. Quam cum ducā in cubiculum amplexaretur subito cecus efficitur et ad deos accedens si a cecitate liberari possit sciatur. Qui eos cōtra se indignatos audiuit: eo q; anastasiā contristauit. Et rediens dominum inter manus ducentium cepit. Post hec anastasia ab eius successore detenta est. Qui aucto q; multas possessiones haberet: eides sua dere cepit: ut si rellet libere christianitate perfrui possidēt suas sibi daret: et tunc vera christiana esset: eo q; christus oīa erganda iussisset. Que cum eidem responderet: facultates pauperibus: non autem diuitibus ergoādās: dirō carceri fame cruciāda tradit: s; a sancta Theodora: que iam martyrum passa fuerat: dñobus mensibus celesti pane reficitur. Landē cum ducentis virginib; ad insulas palmarias ducra est: ubi multi christiani fuerāt relegati. Inde post aliquot dies a prefecto renovata et ad palos ligata ignibus cōcrematur: cereris no diuersis suppliciis perirentur. Inter quos unus erat qui pluribus dñicij spoliatus dicebat: salte christi sibi auferri non posse. Corpus autem sancte anastasiā in eius viridario quedam apollonia sepelivit: ubi postmodū in eius honore ecclesia fabricata est. Passa est autem. viii. kalendas Januarii circa annum domini. ccrrr.

Secundus

De sancta Eugenia virginē et mar. Lap. ii.



Eugenia fi

lia philippi nobilissimi romanoꝝ fuit tempore valeriani et galieni imperatorꝝ: qui quidē philippus a senatu prefectus alexandrie cōstitutus claudiam uxorem suam: et filios adiuvum et sergum ac filian eugeniam secum duxit. Que eugenia vna cum protho et hys cyncho cunuchis et servis suis studēs omnibus liberalibus artib; erudita: anno. xv. etatis sue ab aquilino aquilini consuls filio in consiglio petitur: sed ipse ab eadē in virū contēnitur. Eccliam in libris apostoli studiūset aīo iam christiana protho et hys cynchū convertit. Et assum pro habitu virt ad monasterium monachorum: quod erat extra ciuitatē alexandrie: quibus permittebatur a paganis ibidem habitat: ipsa accedit: et se virū simulā cum protho et hys cynchū fieri monachus postulavit. Quam abbas helenus per spiritū feminā cognoscens eaz nihilo minus de virili animo cōmendauit: et ipsam vna cum sociis monachos fecit: que in die timore permanit: et eugenius vocatus in sanctitate vite perseverans: post abbatis obitum in regimine successit. Parentes igitur eā dūdū requirentes et nō inuenientes lugebat: sed vates getlūm vaticinantur filiam et socios inter duos translatos. Qua de re pater filie imaginem fecit: et eam ut deā adorari mandauit. Temporis processu dū matronā melanthiā noīe eugenia oleo perungens a quartana liberasset. Illa fratre eugenium virū esse arbitrans: eiq; se plus visitās in eius amore exarit: et cogitās qualiter secum cōmiseri posset: laguore simulans pro eo misit. Quem tanq; virū dum illa osculis et amplexis ad cōcupiscentiam pueraret: eiq; amorem suūz panderet: et ille sermons et artibus facinus omnino recusaret: cōfusa mulier et dubitans ne eugenius factum proderet: et sic verecūdā ipsa incurreret: clama re cepit: q; se eugenius voluerit violare: p̄fēctus philiippis adiit: et de crīmē eugenii accusat. Tunc prefectus ita accensus tā ipsam et cōfros christanos repertos cōprehēdi iussit: dīcēs statuit: quo oēs interīret morib; bestiarū. Eugenius sibi astante interrogat: an christus adulteria doceat. Tunc hoc virgo cōmisso negasset et melanthia seruos et ancillas prout ab ea docti fuerant: testes adhibuerunt. Eugenia pro defensione veritatis: et ne christianū nomen falsitate confundereb; a summo vscō deorsum coraz prefecto vestem scidit: et se feminam esse ostendit: eugeniam videlicet philippi filiam et socios prothum et hys cynchū omnisbus declaravit.

De sanctis in mense decembris occurrentibus Folio. xvij.

Quoq; pater filia cognoscet cū mīre et fratribus in eius amplexus irruit: et pre gaudio laetymas fudit. Delarbis affit euz oībus suis a fulmine interēta est. Sicq; eugenia parentes et fratres ad fidem cōvertit. vnde et philippus p̄secutur deserēt a xpianis ep̄ ordinat: quo p̄ martyriū assumpto claudia cū filijs: et eugenia romā rediit: vbi et vgo multos ad r̄pm puerit. Quā p̄fecit nīcē tentā fecit adduci ad tēplū dianae ut sacrificaret. Sed duz eugenia orationem fudit: templum cum idolo subuersum est: multis paganoꝝ eam clamātibus innocentem. Iussu igit̄ prefidis ligato fax ad collū eius in tyberim iactat: sed sup aquas manens minime mergit: inde in fornaces thermarū mittit: sed igne extincro illesa educit. Post hec p̄ dies. xx. sine lumine et cibo carceri mācipata: sed a xp̄o eaz celestī pane reficiēt confortata est: qui die quo ad thermas descendēt: p̄misit eā ad celestia subleuare. Die igit̄ natalis dñi missō spiculatore a p̄fecto i carcere decollat: videlicet. viij. kal. Ianuarij. Cuius corpus a xpianis iuxta urbem in p̄prio p̄dio sepultū est. Ad cui⁹ tumulū dum mater ozarer: eidē apparuit: cāq; fortas die dñico proximo in xp̄o paucaturā nūc iauit. Que de sibi predicto ad christū migravit: et a filijs adiutor et sergio iuxta eugeniam sepulta est: qui et post tempus multis paganoꝝ conuersis queuerūt in domino: sepulti et ipsi a fidelibus iuxta matrem et germanam.

De sancto stephano p̄thomartyre. Cap. liij.



Stephanus

prothomartyr vñde septem diaconi ab apostolis ordinatus est in ministerium viduarum: vt habeat Arcuū. vi. Crescente enim numero discipuloꝝ conuersi et gentibus aduersos cōuersos et iudeis murmurare ceperit: eo q̄ despicerent i ministerio quotidiano vidue eorum. Conocata ergo multitudo per apostolos decreuerunt eligere supremū viros boni testimonij super tali opere cōstituendos: ad hoc vt ipsi omib⁹ curis temporalibus depositis predictions intentius vacare possent. Sicq; elegerunt septē diacones patmos: quorum prior et primitiarius exiret Stephanus prothomartyr: philippus qui eunuchus baptizauit: et fuit episcopus in thracia Asia: et procurus qui fuit episcopus nīcomedie bithynie: et nīcanor: et parmenas: et timon: et nīcola: qui postea apostolans hereticus fuit: a quo et nīcolaitae dicuntur: et orantes eis manus impoſuerunt: et diacones ordinauerunt. Stephanus autē plenus gratia et fortitudine: factus magna in populo: inuidentes igit̄ sibi uidet: triplici modo cum superare studuerūt: scis

lacet disputatione: testū productione: et rotteturū illatione. Et in qualibet pugna adiutorium de celo sibi datum est. In prima datus est et spiritus sanctus: qui faciūdiam ministravit. In secunda vultus angelicus: qui falsos testes contauit. In tercia christus visus est adiuvare patratus: qui martyre confortauit. **C** Ponit ergo prima pugna. Surrexerunt autē quidam de synagoga libertinorū: id ē de fermitate manumissionum et cyrenensium et alexandrinoꝝ et disputantes cum stephano. Ecce primum p̄elium. Et non poterat resistere sapientia et spiritus qui loquebatur. Ecce adiutorius. **C** Ponit post hoc secunda pugna. Quia submiserūt falsos testes: qui eum accusabant de blasphemia in deum: in moysen: in legem: et in templum. Ecce secundū p̄elium. Et intuentes in eis omnes qui sedebant in consilio videbant faciem eius tanq; faciem angelī. Ecce auxilius. Deinde ponitur secunde pugne victoria. Nam principe sacerdotum eum interrogavit: si hic ita se haberent de quatuor blasphemis sibi ipsoſis se excusat. **C** Primo de blasphemia in deum: dicens deus qui locutus est patribus deum glorie fuisse. Secundo de blasphemia in moysen commenſans moysen: a fernore zeli: quia percurienteſ tudeum egyptum interfecit ab operatione miraculorum: que in egypto et deserto ostendit: et a familiaritate dei: quia cum deo locutus fuit. **C** Tertio de blasphemia in legem. Nam commendat legem: ex parte dantis: qui fuit deus: ex parte ministratis: qui fuit moyses: et ex parte finis: qui dat gratias. **C** Quarto de blasphemia in tabernaculum et templum: commendans tabernaculum quod fuit: a deo fieri preceptū: in visione ostensum: a moysi perfectum: et arce testimonij cōtentuum: templum autem dixit tabernaculo successisse. Nec omnia legentibus rectum Actuum septimo: satis patere possunt. **C** Ultimo ponitur tertia pugna. Nā audientes hec dissecabant in cordibus suis: et stridebant deitibus in eum: quasi iam illum animis lapidantes. Quos beatus Stephanus tribus modis conatus est corrigere: scilicet **C** Primo pudore eis duritiam cordis et necis sanctorū servitam in properans. Dura inquit ceruice et in circulis cordib⁹ tc. Et increpabat eos q̄ spiritus sancto restisterūt: q̄ prophetas persecuti sunt: et q̄ crescente malitia eos occiderūt. **C** Secundo corexit eos timore: per hoc q̄ iesum statim a dextris dei peribuit: quasi ad suū adiutorū preparatū. Ecce inquit video celos apertos tc. quod audiētes suā clamātē voce magna continuēunt aures suas: quasi blasphemiam abhorrentes: et impetu facientes in eis: et efficiētes eum extra ciuitatem lapidabant: quorū priores testes lapidare incipientes similem: ut expeditiores essent deposuerunt vestimenta sua secus pedes. Sauli adolescentis:

c ii

Liber

qui mansibus oīm lapidabat. **T**ertio correūt eos amore: dūs pro se & pro iōis orant: pro se: ne passio sua plongaret: dīcēs. domine accipe sp̄itū meū. p iōis: ne sibi peccatū imputare. Nam positis genibus clamauit voce magna dīcens. Dñe ne statuas illis hoc peccatū. Et vide amorem mirabile: quia pro se orando sterit: pro lapidatib⁹ genua flexit: pro se silenter orauit: p illis voce magna clamauit. In hoc etiā christū miratus in passione: qui pro se orauit dicens. Pater in manus tuas cōmendo sp̄itū meū. & pro iōmīcīs dicens. Pater ignosce illis: non em̄ sciuunt: quid faciunt. Et cum hoc stephanus dīcīsser: obdormiuit in dño. **C**ulus corp⁹ gama-
tel et nicodemus occulti xp̄i discipuli in agro iōis gamalielis sepellierunt: & fecerūt planctū magnū super eum. **E**t celebrat̄ hoc festū ab ecclesia sequēti die post nativitatē dñi: scz. vii. kalen. ianuarij. Reuera tamē lapidatio sancti stephani facta fuit eodē ascensionis anno. iiii. videlicet noī. augusti. quo die festū inūctionis elius celebrauit. Invētio autē ad l̄am contigit vii. kalen. ianuarij. Ecclesia tamē hec festa com-
mitauit duplīci de causa. **P**rimo: quia vt dicitur in vīrone Augustini. hēsterna die dñs na-
tus est in terris: vt stephanus hōde nascetur in celo. **S**econdo: quia ppter festū natiuitatis dñi precedens festum inūctionis solēnius cele-
b̄: as ppter festū passionis: quod inūconuenienter erat: & ob hoc festa mutata sunt: vt dies passionis eius solēnius celebretur.

De sancto Dionysio papa & martyre. Cap. v.

Dionysius papa et martyr: cuius genus nō inueni-
tur. Sistro secundo in episcopatu successit: & sedit annis ii. & me-
sib⁹. iii. qui vt dicit ad fideli dos-
cumentis sub claudio secundo īmpatore clarus
effulgit. Hic in vībe diuidit perias: singulis fin-
gulos dans presbyteros ppter penitentes sus-
ceptilendos & ppter baptisma. Hic etiā perias & cimiteria per regiones diuisit: & vñtuic⁹ suis proprium statuit: mandans vt singuli terminis suis contenti essent: & alienos non usurparent.
Qui et martyro coronatus: sepultus est cū fra-
tribus suis. vii. kalendas ianuarij: & cessauit episcopatus dies. viii.

De sancto Marino martyre. Cap. vi.



Marin⁹ puer & martyr: passus est in vībe sub pfecto martiano: q̄ fuit fili⁹ senatoris & primarii ciuitatis. Hic a pfecto tentus dū se xp̄ianū p-
fiteref. Primo qđe extenuis & loris durissimis dorso & vē-

Secundus

tre flagellat⁹: deinde victus in custodiā missus est. die nō sequenti eductus equilego suspendi-
tur: & vngulis lanatur: postmodum sera lignea et machina lapidea alligatur: vt mēbra eius dis-
uiderentur. Sed dum tracta machina puer il-
leū permaneret: in arbore scissaz immis-
trū constrictus sp̄itū exhalaret. Dei tamē vir-
ture arbore in duas partes diuisa: craticule ac-
cese superponitur: plūboq̄ perfunditur lique-
facto: moxq̄ nutr̄ dei fluius aq̄ inūdās ignis
calorem extinxit. Post hec supplicio committā-
riensi traditus est: a quo in frīxozio accēso mit-
titur: sed rore celesti refrigerat. Deinde a pfecto martiano in caldarium plenam pie lique-
facta lacratur: que hīncide ebulliens sanctus
dimisit intactum. Preter hoc in harenario bes-
tīis subiectus est: & leone quidem collum eius
lemitter amplexante: leopardo pedes lingente:
parda cum tristige manus ipsius osculabātur.
Leena nō & vīsus queuelles sancti dīlanare ce-
perunt: confestim extincte sunt. Postmodum in
flammas iniecris dum illeū existet in cam-
nū ignis missus est: cū quo duo angeli descedē-
tes eum inūstū die sequenti eduxerūt. Nouissi-
me autem dum a pfecto suatus se deos ados-
rare velle simularet omni populo romano voca-
to statim serapis orans in puluorem redigit:
quē pfectus decollari precepit. Corpūs ei⁹
in precipitū mitti: vbi & latroni⁹ corpora is-
teabantur: vt sepultra careret. Orta autē tem-
pestate cui⁹ eōscationib⁹ nimis fugitiūbusq̄
ministris a sancto theophilo ep̄o corpus raptū
digna veneratione sepultrū est. vii. kalen. ianua-
rii. Martiān⁹ autē pro hoc scelere & talib⁹ a deo
percussus vermisbus et iōis ebullētibus ore
infelicem animam exhalauit.

De sancto Johanne apostolo &
euangelista. Cap. viii.



Johannes apostolus & euangeli-
sta quē fīsus amauit plurimū:
filius zebedei fuit & frater ia-
cobi maioris: quē fīsus vo-
cauit de nuptiis: q̄ supra pes-
cis domī in cena recubēs
fluēta euangeli de ipso sacro
domini pectozis fonte pora-
uit: & ceteris apostolis fugientibus magistrus
numq̄ in passione deseruit: cui & fīsus in cruce
moriens matrem virginem virgini commendauit: & post eius ascensionem vīsp ad oīlūm vir-
ginis ad eius semper custodiā permansit: vt
dicit Hieronymus. Iūius vitam fūclī episco-
pus discipulus eius scripsit. Hic apostolis ad
predicādum diūsis apud asiam predicanit: vbi
er multas fundauit ecclēsias. Qui sub secunda
post neronem persecutiōne christianorū quam

De sanctis in mense decembris occurrentibus. Fo. xii.

domitianus exercuit; apud ephesum a consule
comprehensus et Roma ductus: dum apud portam la-
tinam in dolio feruatis olei missus Iesus ex-
titer: ut in alio eius festo. non mani diceretur. ab
eodem pconsele in parvulos insula relegatus apo-
calypsum conscripsit. Eodem autem anno domitianus
a senatu romano interfectus est: et auctoritate eius
et per ipsum et eius officiales iudicata cassata fue-
runt. Sicque facrum est: ut sanctus Iohannes qui
cum iniuria ad exilium fuerat deponitus: cum hono-
re ad ephesum reducens esset: oī populo sibi oc-
currente et clamante: benedictus qui venit in no-
mine domini. Et si affl ingredere civitate drusiana
eius disciplina: que aduentus ipsius desiderio
fuerat fatigata: efferebat mortua flentibus et
lamentantibus graniter tam parentibus quam pau-
peribus orphantis et viduis: quibus indigentibus
ministrabat. Apostolus ergo feretrius iussit de-
pons: et corpus resolutum: eaque propria noī vocata:
mandauit ut surgeret: et dominū rediens refectio-
ne sibi prepararet. Que statim quasi non de mor-
te: sed de somno vocata surrexit: et iusta perfec-
cit. Ad quod miraculum multi converti sunt. Altera die craton phusus ostenderet qualiter munus
eius contineundus duos fratres iuuenes
distillatos omnibus venditis duas gemmas eme-
re fecerat: easque in cōspectu populi frangit ius-
serat. Quod videns apostolus phisophum ad-
uocauit: et tale mundi contemptum dānauit: tum
quod ore hominū landaretur: et ad deo reprobaba-
tur: tum quod sine virlo merito siebat: eo quod sua pau-
peribus non largirentur: ostendens mundū esse
contemnendū facultates hoīs pauperib⁹ ero-
gando. Sed dum phus post disputationem ad
hoc deuenisset: ut si Iohannes gemmas confra-
ctas reintegraret: craton eius dictis fidem ad
liberaret. Apostolus oratione fusa fragmēta gē-
marū colligens ipsas consolidauit: statimq; cra-
ton cum duobus iuuenibus Christo creditum.
Illi
eo iuuenes gemmas distractis preciis pauperib⁹
bus erogarunt. Morum exemplo duo alii iuue-
nes cunctis pro Christo datis discipuli Iohannis
effecti sunt. Sed die quadam videntes seruos
olim suos vestibus fulgetes: et se vili pallio co-
rectos contristari ceperunt: quod Iohannes per
spiritum cognoscens precepit: ut ad nemus et lit-
tus accederent: sibiq; lignorum fasces et lapili
lis apposserent. Et facta oratione virgas in au-
rum: et lapillos in gemas convertit: quas eisdem
apostolus tradidit discens: ut per dies septem
aurifices oēs et gemmarios circuirerent: et aurum ac
gemmas probari ficerent. Qui post dies septem
reversi dixerunt: omnes illos operarios concor-
darunt se nunc tam purum aurum et tam preciosas
gemmas spexisse. Tunc apostolus predicta oīa
sibi tradens dixit: ut trecent et possessiones distra-
ctas redimerentur: et abinde diuantes essent: ut in
perpetui mendicarentur. Et quia non vult deus
coacta servitia: pro liberto gauderent libertate

sua. Et introducta Christi parabola de divite epu-
lione et lazaro viero: cepit apostolus contra
divitias multa predicare. Contigit autem stacrum
quendam iuuenem qui triginta diebus ante proximam
duxerat deferrī mortuum tumulandum: quem apostolus
matris vidue et parentum precibus et lachry-
mis compassione motus: orans a mortuis susci-
tauit: et suscitato mandauit: ut que in alio secu-
lo de duobus illis iuuenibus viderat narraret,
qui multa de paradisi gloria quam ipsi amisse-
rant: et de penitētis inferni quas acquisierant:
prout sibi ostendit fuerat coram omnibus patet
fecit. Propter quod iuuenes compuncti una cum
stacteo resuscitato: pedibus apostoli provocati
divinitati misericordiam implorabant. Apostolus
ergo iuuenibus triginta dierum penitentiam
imposuit: qua peracta gemme et aurum in pri-
orem materiam virginis et lapillorum redierunt:
quas iuuenes ad sua loca pristina reportantes:
in dei seruitio perseverarunt: et ceperunt cum
apostolo miraculis coarctare. Et dum tota ci-
uitas ephesiorum Iohannem extollerent: pon-
tifices idolorum seditionem in populo excita-
runt: ita ut a multis de plebe Iohannes trahe-
retur ad templum Diana: ut sacrificaret. Quibus
ille hanc conditionem propositum: ut aut ad invoca-
tionem Diana ecclesiam Christi diruerent
et ipse idolis sacrificarer: aut ipse ad invocationem
Christi templum Diana subuerteret: et ipsi in
Christi crederent. Et cum hunc sententie maior
pars populi consenseret ad preces Iohannis:
omnes templum excentes a longe steterunt: et
orante apostolo: templum funditus corruit: et
imago Diana penitus consumita est. Aristodemus
autem pontifex idolorum seditionem in populo
concitat. Quem dum Iohannes interrogaret
quomodo Christi placare posset: respondit ei: si ve-
nientibus: quod ille sibi porrigeret: ille sus-
permaneret. Et cuī apostolus acquiesceret aris
stodemus ut eum a poculo subtraheret vel sal-
tem deterreret: duos viros impetravit a poculo
sile qui fuerant decollandi: quibus renenom
potandum coram omnibus tribuit. Quod ut illi
biberunt: confessim spiritum emiserunt. apostolus
autem calicem accipiens et signo crucis se
muniens venenum bibit: et per tres horas ob-
seruatur nullam lesionem incurrit. Et dum po-
pulus Christum verum deum clamaret: Aristodemus
adhuc obstinatus apostolo instabat: ut si veneno
defunctos excitare posset ipse. perculdubio Christo
crederet. Cui Iohannes pallium suum dedit et
ipse in tunica mansit: eidemq; iussit: ut in invocato
Christi nomine pallium super corpora defunctorum pone-
ret: eisdemq; ut resurgerent mandaret. Quod
dum ille fecisset illlico surrexerunt. Sicque pon-
tifex cum omni familia et parentela et multis
dine maxia coueritur: et Christi milii virorum exce-
ptis puulis et mulieribus a beato apostolo baptizatur. Reperiit in x. libro historie ecclesiastice

c. 111

Liber

¶ apostolus quendam iuuenem ferocem conuersum: cuidam episcopo depositi nomine commendauit: et ad partes alias accessit: post ali⁹ quod tempus iuuenis relicto episcopo: factus est princeps latronū. Rediens apostolus depositū repetit: et episcopus de pecunia intelligēs quasi ignarus obſtupuit. Qui apostolus de iuueni sibi cōmendato se querere declarauit. Et dum episcopus iohanni cū rubore facrum narrasset: Apostolus eū increpat eo q̄ malum suo deposito custodem dimisit. Equum sibi parari suffit et ad montem: ubi iuuenis erat: festinus properauit. Quē iuuenis statim recognoscens per verecundia equū ascendens fugiebat. Apostolus senecturis oblitus equū calcaribus ruit: et fugientem vocat: et ne patrem suum fūglat vel expauseat: post ipm clamabat. Et ut ad penitentiā rediret ouciter admonebat offensos se pro eo christo responsurū: compuncus iuuenis reuertitur: et cum lachrymis convertitur: et ab apostolo benigne suscipitur: et in virtutib⁹ perseverans tandem a magistro episcop⁹ ordinatur. Legitur etiam vbi supra: q̄ cum iohannes ephesi balneum lauandi gratia introruerit: et ibidem cerintib⁹ hereticum inuenisset inde protinus extulit: quo egresso balneū cecidit et hereticum cum suis opprescit. Pre dictationem autem suam miraculis confirmabat: ita ut tactu vestimentorum eius egri curaretur: et demones fugarentur. Et ut dicit h̄ieronymus in sua de scripta senectute: vir ad ecclesiā discipuloz⁹ manib⁹ ferebat: nec cū plura verba dicere posset: ad quamlibet pausam hoc solū dicebat: filiali diligite alterutrum. Ibisq; ad traflani tempora perseverans rot⁹ aīe fundauit et rectit ecclesiās. Et cum esset annorum. lxxviii. secundū fidorum. levij. a passione domini anno apparuit ei christus cum oīculis alījs: qui tali omnes ad celestia migraverant: eumq; ad eternas epulas innuitavit: et dominica futura die ad se illum venturū esse predixit. Igitur in subsequenti dominica omni populo ad ecclesiā cōueniente: que in eius adhuc in carne agentis nomine fuerat fabricata a primo pullorum cantu vsc⁹ ad sextam predictam eisdem horans illos: ut in fide essent stabiles et in mandatis ferventes. Post hec iuxta altare fouē quadratam fieri iussit et terram extra ecclesiā factari. In quā beatus euangelista descendens ex pannis manibus gratias deo egit: et orationē deuotissimā fudit. Quā finita tanta super eū lux emicuit: q̄ a nemine videri potuit. Recedenteq; lumine fouē reperta est magna repleta: quod ibidem vsc⁹ hodie generat. Ita ut in fundo fouē instar minute barene scaturire videatur: sicut in fontibus fieri consuevit: propter qđ ipm in corpore et anima celo assumptum plurimi assuerant. Vix depositionis dies ab ecclesia celebratur. vi. kalen. ianuarij.

Secundus

De sancto maximo episcopo alexandrino.

Lap. viii

Aximus epus alexā
drinus fuit. Qui satis clarus et insignis de titulo confessionis fa-
cetus est. Qui et in pace quietus
vi. kalen. ianuarij: apud eandem
urbem cōdigne tumulatus. hec vſuardus.

De sancto Maximo episcopo
taurinensis.

Lap. ix.



Axim⁹ epi
scopus taurinensis.
claruit tpe hono-
rū imperatoris: qui
in homelij et sermonib⁹ cōpo-
nendis: et in ecclia declaman-
dis studuit eleganter: vir in dī-
uisinis scripturis intentus: et
ad plebem instruendā sufficie-
ens. In apostolorum laudea
et iohannis baptiste et generales oīum martyriū
homelias et tractatus edidit. De sc̄o Eusebijo
Vercellese. duos tractatus cōposuit. Et sancti
Eyp̄iani spālem de baptismi gratia. Librii de
austeritia et hospitalitate. De defectu lune. De
elemosynis. De letimio seruoz⁹ dei generali.
De sc̄imio speciali quadragesime. De eo qđ in
Ezra scribit. Caspones tui miserū vīno aquā.
De passione dñi. De iuda. pditio. De cruce do-
mini. De sepulchro ei⁹. De resurrectiōe ipsius.
De accusato et iudicato oīo apud Pilatum. De
kalēdis ianuarij. Cōposuit etiā homelias plus
rimas: videlicet. De nativitate dñi. De epiphā-
nia. De penthecoste. De hostib⁹ carnalib⁹ nō
timendis. De gratia post cibū deo agenda. De
penitentia nimittaz: et alias multas. Quieuit
autē honorio et theodosio funioze imperantib⁹.
Hec gemmatus de illustrib⁹ viris.

De sanctis iunocentibus mar-
tyrib⁹.

Lap. x.



Innocentes

martyres ab herode
ascalonita interfecti
sunt. Tres enim fues-
runt herodes propter
eorum infamaz crudelitatem famosi. Primus
fuit herodes dictus
ascalonita: sub quo na-
rus est dñs: et pueri occisi sunt. Secundus fuit
herodes antipas: qui iohānē decollauit. Ter-
tius agrippa qui iacobū occidit: et petrū incar-
cerauit. Therodes ergo ascalonita fuit filius
antipatris idumei: q̄ nepte regis arabū dicitur
vroxē: et qua hūc filiū habuit herodē: ut dī in
historia scholastica: q̄ postmodū ascalonita dī

De sanctis in mense decembris occurrentibus Folio. xx.

ctus a cesare augusto primus ex gemitibus inde regnum accepit. et tunc ablatum est scepterū de iuda iuxta prophetā iacob. **H**uic se p̄ filij nati sunt sc̄z antipater: alexander: aristobolus: archelaus: herodes antipas: et philippus. Alexandrū autē et aristobolū ex eadem matre iudea genitos romanā misit liberalib⁹ artibus imbuedendos: id facti acerrimi oratores de susceptione regni cuius p̄tē cōtendebant. Pater vero antipater illis preponere satagebat. **E**sūc illi de patris morte tra-
cessent ab eodē relecti: cesare adeit de patris iniuria cōquestur. **I**nterea magi iherusalem veniunt: et de ortu regis iudeorū q̄rum. Herodes hec audiens turbat: timet ne de iudeorū semine natus esset: qui ipm alienigenā expelleret. **R**ogatq; magos: vt inueniū regem sibi rēnūciant: simulans se adorare velle: quē perdere iam cogitabat. Uerūramen magi per alia vias reuersi sunt in regionem suā. **V**idens herodes eos nequaquam ad se reuersos: stelle visione deceptos ad se redire erubuisse putauit: et ideo ab inquisitōe pueri animū reuocauit. Sed audiō que pastores dixerant: et que symeon et anna prophetauerant: vehementer timuit: et se a magis illusum cognouit. Et extinc de nece puerorū: qui erant in bethleē tracare cepit: vt cum eis illum quē ignorabat: occideret. Et ad monitionē angeli ioseph cum puerō et matre in egyptū in ciuitatem hermopolim fugit: ibi septem annis usq; ad obitū herodis permāst. Ingresso igit̄ oīo in egypto fīm estate prophetiam. Universa idola corruerat. **R**efert cassiodorus in tripartita hysto. Q̄ in hermopoli thebaide dī esse arbor q̄ vocat p̄idis valēs in salutē egorū si fructū vel foliū vel cortex collo languēti alliget. Hec arbor usq; ad terraz inclinata virginem cum filio fugientē adorauit. **D**um igit̄ herodes de nece puerorū disponeret: a cesare citat⁹ est filiorū accusationibus respōlurus: qui cum per tarisū iter faceret: intellexit q̄ magos naues tarsem sumtransiuerint: quas oēs in spiritu vehementi combussit: vt fuerat predictū. Et dū ipse corā imperatore disputās contra filios obtinuisset: et in regnū confirmatus audacior factus esset: reuersus iherusalē occidit oēs pueros q̄ erant in bethleē: a binatu et infra: fīm tempus quod exequierat a magis. I. infantibus duoz annorū usq; ad pueros vñus noctis. Dīdicerat enim a magis ea die: qua eis stella apparuit dominus natus esse: et quia annus fluerat et quo romanū scrat xp̄m anniculū et aliquorū dierū supra esse credebat. Ideoq; supra eratē eius usq; ad bim̄os desculpē in pueros. In qua p̄secutione cētū et quadragintaq; tuorū milia infantes interfecti esse creduntur: qui et in apocalypsi cap. xiiii. describuntur. Inter quos dei iudicio vnū parvulus filius herodis ad nurriendū tradit⁹ ignoranter a caruicib⁹ est occisus: vt dicit **O**nacrobius. **H**erodes autē de tāto scelere a deo acri
ter puniū est: vt in scholastica hysto. dicit. Ut q̄ multos orbauerat filij: ipse suis miserabilib⁹ orbaref. Nam alexander et aristobolus iterū p̄t suspecti confessi sunt ab eo contorti: et tonsori pecunia p̄misserant: si ei lugulareret. Ob hoc patet iuratus eos occidi fecit. Antipater autē fratrum regem constituit: et eidē herodē antipam substituit. Et cū herodem agrippā et herodiam uxorem philippū: quos ex aristobolo suscepserat: paterna dilectione foueret. His duabus de cauilo antipater contra eum odīus concepit. instantū q̄ cī veneno perimere attentauit. Qd̄ sentiens herodes ei in carcere posuit. Ipse autē annoz. lxx. grauissimā infirmitatē icurrit. Nam febre valida purgante corpis colli continxuit tormentis: pedis inflatiōe: vermelescib⁹ testiculis: intolerabili fetore et crebro abhilitu torquaf. Audieb̄ iudeos mortē suā cū gaudio expectare nobiles multos iudeorū carcerant: mādā salome eius soror: vt cī spiritū emitteret: omnes detentos occideret: vt sic omnis iudea ipsum deficeret vel in vita. Et cuī sumpto cibo iuxta morem suū pomum purgare velleret: quem comederet: tenēs manu gladiū tussi violēta favigatus seipm percussit: non tamē totaliter se occidit: eo q̄ a consobrino aliq; sit detērū fuit. Et cū sonit⁹ in aula de morte regis p̄curreret: et antipater se relaxādū exultaret. Herodes hoc audiens ei occidi fecit: et archelaum post se regnaturū instituit. Sicq; post dies q̄ntū infelix cōsūminus vitā finiuit. Salome autē soror ei⁹ oēs quos rex occidi mādauerat relaxauit. Innocentes autē martyres sub dieovo passi ab ecclia resculpi: videlicet. v. kalen. ianuarij.

De sanctis Eurytio et Florentio
confessoribus. Cap. xi.

